



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Vita Sancti Ioannis Per Divvm Hieronimvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

VITA SANCTI IOANNIS PER DI  
VVM HIERONIMVM.

**I**oannes apostolus, quē Iesu amauit plurimū, filius  
Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quē Herodes post pa-  
sionē domini decollauerat, nouissimus oīm scripsit  
euangeliū, rogatus ab Asiae episcopis aduers⁹ Cerin-  
thū, aliosq; hæreticos & maxie tūc Ebionitarū dogma cōsurgeus  
qui afferunt Christū ante Mariā non fuisse. Vnde & cōpulsus est  
diuinam eius nativitatē edicere. Sed & aliam causam huius scrip-  
ture ferūt, quod cum legisset, Matthæi, Marci & Luce volumina,  
probauerit quidē textum historiæ. & vera eos dixisse firmauerit  
sed vnius tantum anni, in quo & passus est post carcerem Ioānis  
historiā texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta a tribus ex-  
posita fuerant, superioris téporis antequā Ioannes clauderet in  
carcerem, gesta narrauit, sicut manifestū esse poterit his qui dili-  
genter quatuor euangeliorum volumia legerint. Quæ res etiam  
ΔιαΦωνία μηνινque videtur Ioannis esse cum ceteris, collit. Scripsit  
autem & vnam epistolam, cuius exordiū est: Quod fuit ab inicio,  
quod audiuimus & vidi mus oculis nostris, quod perspeximus  
& manus noſtre cōrectauerunt de verbo vītæ: quæ ab vniuersis  
ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Relique autē dux, quæ  
principiū est: Senior electæ dominæ & natis eius, & sequentis,  
Senior Caio charissimo, quē ego diligo in veritate: Ioannis pre-  
byteri afferuntur, cuius & hodie alterū sepulchrū apud Ephesum  
ostenditur, nonnulli putant duas memorias eiusdē Ioannis euā-  
gelistæ esse, super qua re cū p ordinē ad Papiam auditorem eius  
ventum fuerit, differemus. Quartodecimo igitur anno, secundā  
post Neronem persecutionē mouente Domitiano, in Patmos ir-  
sulam relegatus, scripsit Apocalypsim, quā interpretantur Iusti-  
nus martyr & Hiereneus. Interfecto autē Domitiano & actis eius  
ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, sub Pertinace princi-  
pe redic Ephesum, ibi q; vsq; ad Traianum principem perseue-  
rans, totas Asię fundavit, rexitq; ecclesias, & confessus senio,  
sexagesimo octavo post passionem domini anno mortuus, iuxta  
eandem urbem sepultus est.